





728

QVOD FELIX, FAUSTUMQVE DEUS  
T. O. M. VELIT ESSE  
AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ  
PRO-DECANUS 20  
**MATTHIAS Stein/** 1703, 2.  
J. U. D. ET CODICIS IN ALMA PATRIA  
PROFESSOR ORDINAR.  
SUO & TOTIUS COLLEGII NOMINE  
AD  
DISSERTATIONEM SOLEMNEM JURIDICAM  
**CANDIDATI**  
**DN. CHRISTOPHORI**  
**KNOVENAGEL,**  
GUSTROV. MEKLENB.  
ADVOCATI ET JUD. AUL. SAX. LAJW: PROCURATORIS  
DE  
**AVOCATIONE CAUSÆ**  
PRO CONSEQUENDIS SUMMIS IN UTROQVE JURE  
HONORIBUS ET PRIVILEGIIS  
DIE FEBRARIJ A. MDCCIII. HABENDAM  
MAGNIFICUM ACADEMIÆ RECTOREM  
ANPLISSIMUM UTRIUSQUE REPUBLICÆ SENATUM,  
OMNESQVE OMNIUM ORDINUM CIVES ACADEMICOS, AC  
LITERATORUM FAUTORES, OBSERVANTER  
AC OFFICIOSE INVITAT.

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.  
*de privilegio reverandi domini*

**N**signe omnino se-



cündum Jus Civile Romanum est privilegium revocandi domum, q̄o quis ex necessaria causa Romæ, aut in alio foro ubi provocare licet, præsens conventus non tenetur judicium ibi accipere, sed petere potest ut causa & lis ad locum domiciliis sui, præstât cautione de ibi si-  
mendo, remittatur. *L. 2. §. 3. ff. de Judic.* formula hujus à Socino in cap. ult. num. 69. *X. de for. compet.* proponitur talis: Ajo me comparere vigore citationis factâ in causa tali, ad petitionem talis; qvandoq̄uidem vero h̄c commorer ex aliqua causa necessaria & legitima, propter qvam ex beneficio Legis conceditur jus revocandi domum, ne in prædicta causa contra me intentata ad ulteriora procedatur, ego revoco domum, qvorum remissionem causâ peto, idque omni meliori modo, &c. Non autem sola allegatio justæ causa sufficit, sed insuper eam probare necesse habet, v. gr. Legatus literis mandati, quas à Principe mittente accepit, *I.i.Cod. Mandat.* Testimoniis causa qui adeit, citatione ad Testimonium dandum emisla, in Appellationis negotio præsens citatione ad prosecutionem appellacionis factâ, & aliud alium probandi modum eligit, quem natura & negotii qualitas suppeditat. His probatis reus tenerur cavere, sese in domicilio sui iudicio fisturum, *l. 2. §. 6. ff. d. Jud.* Ubi autem Judgez animadverit, jus revocandi domum reo non competere, qvod vel falsam cautam necessariam presentia allegaverit; vel in coeteris requisitis defectum hujus privilegii deprehenderit, in causa ipia cognoscit, & reum, ut non obstante exceptione sua ad actionem institutam respondeat, jubet, itemque sententia sua terminat.

nat. Ut autem hocce privilegium locum invenerit, re-  
quiritur (1.) ut domum revocans habeat domicilium,  
arg. ad l. 2. §. 3. l. 24. ff. de Judic. domo enim carens ad  
eam revocare nequit, sed item suscipere tenetur, inde  
Zanger, de Except: p. 2. c. 1. n. 38. recte ab hoc jure revo-  
candi domum excludit vagabundum, (2) ut ex causa  
necessaria adsit, arg. d. l. 2. §. 3. Oldendorp. de Jur. Sing:  
tit. de Jur. Rev. Dom. in pr. Coler. de Proc. Exec. p. 2. c. 3.  
num. 197. seq. Covaruv: Praef. q. 5. n. 1. Unde qui citra  
quandam coactionem motu proprio, lucrataciendi, vel  
voluptatis gratia adest, hocce privilegio non gaudet. E-  
tenim si cuilibet Advenae jus revocandi domum concede-  
remus, heret ut vincula communis patriæ, alteriusque  
fori ubi provocare licet, planè rumperentur, ejusque ju-  
risdictio eluderetur ac destrueretur; Qvod esset contra  
intentionem & naturam hujus beneficii, eò inclinarem  
ut jurisdictio in casu inevitabilis præfentiæ advenarum su-  
spendatur, in reliquis vero suum vigorem retineat. (3)  
ut quis conventus non sit in loco domicili, nam quando  
ibi est actio instituta, frustra ad domum revocat, sed  
commoretur in loco, in quo jure communi sortitur foro  
rum extra domicilium, puta *Rome*, tanquam in commu-  
ni Patria, l. 33. ff. ad *Municip.* Ubi unumquemque, si ibi  
inveniebatur, conveniendi erat potestas, nisi prædicto  
privilegio fuerit munitus. Idem de foro originis mul-  
ti Dd. tradunt, per l. 2. §. 3. ff. de Judic. ibi; vel alio loco,  
quando nempe alibi quis habet domicilium, aliquando ta-  
men ex causa necessaria in foro originis commoratur, Confr.  
Paul. de Castr. ad. d. l. 2. §. 3. n. 4. Nostris autem tem-  
poribus hujus fori nulla est utilitas, quando quis jam alibi  
constituit domicilium, & jus civitatis impetravit, nam tunc  
licet aliquando in foro originis deprehenditur, ibi tamen  
conveniri nequit, adeoque nec opus beneficio revocandi  
domum, Fleck. in *Biblioth. Jur. C. Theor. Praef.* L. 5. T. 104  
§. 20. in fin. *Mev.* P. 7. Dec. 56. num. 7. & 8. Stryk. II. M.

1025

*q. de Judic. S. 17. in fin. Struv. Synt. J. C. Ex. g. Tb. 19. Coch.  
Pr. For. Germ. P. 1. C. 2. §. 5.* Porro Legatus hoc jure uti-  
tur in *foro contractus*, ne occasione litis à munere publico  
retrahatur, modo fuerit debitum in illo loco ante legatio-  
nem contractum, si autem in ipsa legatione contrahat, re-  
tē ibi lite pulsatur, nec postulare potest, ut lis transfera-  
tur in locum domicilii, *d. l. 2. §. 3.* ne sub hac specie istis  
detur potestas res alienas domum transferendi *l. 25. ff. de  
Judic.* nisi (1.) in loco legationis aedat hæreditatem, qvam-  
vis enim adeundo hæreditatem cum legatariis qvali con-  
trahere videatur, *§. 5. Inst. de Oblig. que ex quas: contr. in  
loco tamen additionis non tenetur respondere, sed potest  
se à molestia liberare præstanto cautionem, et si eam non  
præster, immissionem pati debet non in sua sed bona hæ-  
reditaria, l. 26. ff. de Judic.* Ratio hujus exceptionis à Bar-  
bosa *ad d. l. 2. §. 3. ff. de Judic. n. 17.* datur talis, nempe  
cum hæreditati multa insunt onera, qvibus hæres implica-  
tur, proinde lex constituit, ne possit Legatus conveniri  
per Legatarios, ne sicutacè impeditur publicum Legatio-  
nis officium. (2.) Exceptio est in Constituto, unde Lega-  
tus, qui constituit se soluturum, non in loco constituti, sed  
in loco principali rei ante gestæ rectè convenitur, *l. 8. ff.  
de Judic.* Nec obstat huic *l. 5. §. 1. ff. de Pec. const.* De cuius  
explicatione vid. Barbosā *d. l. n. 141.* & Brunn. *ad. d. l. 2. ff.  
de Jud. n. 2. 3.* Donell. *Lib. 17. Comm. c. 14. lit. N. ibid.* Hilli-  
liger. Rittershus. *ad Nov. p. 10. c. 1. n. 51.* Coeteros autem,  
licet *ad forum contractus*, antea init ex causa necessaria  
venerint, nihilominus ibi rectè conveniri, siveque ad illos  
istud jus revocandi domum non esse extensem, per *l. 2. §. 4.  
ff. de Judic.* docet Brunn. *ad d. l. 2. num. 4.* & n. & prolixè  
Barbosā. *ad d. l. 2. n. 49.* Vid. tamen Paul. de Castr. *ad d. l. 2. n.  
4.* Carpz. *P. 1. C. 3. Def. 10. n. 6.* De Jure Lubencsi certum est,  
qvod quando civis concivem in loco contractus præsentem  
prehendit, & ibidem coram Judice convenit, citatus sive  
**ex causa voluntaria** sive **necessaria** ibidem commoretur, **jus**  
tamen

230

tamen revocandi domum habeat, sive petere possit causam  
 illam ad Judicem domicilii remitti: siquidem ex illo jure ci-  
 vis convicem coram ordinario duxat civitatis judge, &  
 non coram peregrino convenire potest, Lib. 5. T. 3. a. 4.  
 ibique Mev. num. 3. & 6. seqq. Annectenda adhuc quæstio:  
*Num hocce jus revocandi domum respectu communis Patrie ad-  
 bus Vienne proponendum sit?* Papa quidem dominium Urbis  
 Romæ sibi adscribit, cap. 17. X. de Elect. in 6to non tamen  
 propterea forum communis patriæ exolevisse existimat-  
 dum; quod enim de Roma prædicitur, istud non ita ac-  
 cipiendum quasi extra Romanum alibi communis patriæ esse  
 non possit: Sed Roma censetur, ubiunq; est caput Imperii  
 Romani, ejusque sedes seu curia, arg. l. 9. f. Ad L. Rhod. l.  
 3. C. de quadr. prescript. cap. 2. X. de Præbend. in 6. cap. 4. X. de  
 Crim. fals. Reinking. de Reg. Sec. & Ecc. Lib. 1. Cl. 2. c. 3. n. 23.  
 24. & 25. Inde Roma communis Patria esse desit, ex eo  
 tempore quo Constantinus M. sedem suam Constantinopolin  
 translatulit; Hinc Constantinopolis non raro dicitur Ro-  
 ma nova, Limnaeus J. P. Tom. I. Lib. 1. cap. 4. n. 16. Qui locus  
 hodie est Vienna, ubi ergo, quatenus est communis patria,  
 hocce jus revocandi domum omnino proponendum foret, ni-  
 si forum patriæ communis hodiè non parum restrictum  
 esset per jus primarum iustantiarum, vigore cuius contra  
 neminem subditorum mediatorū Imperii in supremo judicio  
 statim agi potest. Ordin. Camer. part. 2. Tir. 1. Inde etenim jus  
 revocandi domum usum & utilitatem suam amisit: nam  
 quod Rittershus. in Nov. part. 9. c. 10. n. 20. contendit,  
 etiam mediatis imperio subiectos in loco judicij Cameræ  
 (cui jus communis patriæ ab Imperatore communicatum)  
 in prima instantia hodie statim conveniri posse, nisi habeant jus revocandi domum, id ego haec-  
 nus non credo, aut non satis capio: Quid nec subdi-  
 tus cuiusvis Principis Imperii Romani in aula illius de-  
 prehensus ob istud jus primarum iustantiarum mox lite  
 pulsari potest, licet contrarium doceat Peretz in Cod.

A 3

vii. D

055

tit. De Incolis N. 18. & 19. Siqvidem prædictum beneficium omnibus Civibus in omnibus Germaniaæ provinciis evidenter concessum per alleg. ordin. Camer. ibi: also daß ein jeder in dem Gericht / dartin Er oha Mittel gesessen / surgenommen werde: Stryk. in Not. ad Lauerb. ut. De judic. verb. Roma & verb. nullus est usus: in U. m. ff. f. eod. S. 19. Coch. prax. for. Germ. pars 1. cap. 2. S. 5. Videtur qvidem prædictum *jus revocandi domum* convenientiam habere cum jure primarum instantiarum: Si quis enim statim coram superiore judgee conveniatur, potest quasi revocare domum & petere ut ordo in cognoscendo observetur & causa ad judicem ordinarium primæ instantiæ remittatur, differentia autem consistit in eo, quod *jus primarum instantiarum latius pateat & adhuc possit*, sive praesens sit in curia Imperatoris aut Principis Imperii ob causam necessariam aut voluntariam, sive etiam absens, nec cautionem judicio sibi præstare teneatur, imo citatio facta sit ipso jure nulla: d. Ordin. Cam. p. 2. Tit. 1. S. 2. Hisce juribus affine etiam est *jus De non. Evocando*, quo absens ex municiplio non facile evocari potest, ut veniat ad respondentum actori querelam in alio judicio contra se moventi, sed petit ut causa & lis ad suum judicem competentem remittatur Donell. 17. Commen. 13. Antiquitus enim Imperatoribus ex plenitudine potestatis, Welenbec. Vol. 1. Consil. 97 n. 2. & supereminentis jurisdictionis, Aurum. Disc. 5. ad A. B. tb. XI. tas erat, quemlibet Rom. Imperii subditum ex sua provincia evocare, ut coram summo Tribunali se fisteret: Qvam evocationem ob duas postissimum causas factam fuisse invenio (1.) ut quis querelam coram Imperatore moventi responderet (2.) ut testimonium de lite inter alios agitata deponeret 1. 2. S. 3. ff. De judic. Talis autem evocatus, licet Romæ tanquam in communi patria praesens fuerit, non tamen ad aliam litem, cujus causa non erat evocatus, respondere teneba.

tenebatur; sed habebat *jus revocandi domum*; qvia ex causa necessaria aderat d. l. 2. §. 3. l. 4. ff. *De iudic.* In specie *primum* qvod concernit, Evocabat Imperator Imperii subditos pro lubitu, sive actio mota fuerit realis sive personalis, & qvidem actionis personalis exemplum in actione tutelæ ponit Ulpianus in d. l. 2. §. 3. dum quis Romanum evocatus fuit, ut rationem tutelæ redderet, qvalis *juxta rescriptum Divi Pii* non est Romæ tanquam in communi patria compellendus, ut judicium alterius tutelæ vel causæ accipiat, cujus gratia non erat evocatus; sed poterat revocare domum d. l. 2. §. 3. Circa *alterum* in jure legimus, non duntaxat Imperatori sine subsidio, seu reqvitione judicis inferioris, subditos mediatos testimoniū dicendi cauia, d. l. 2. §. 3. ff. *de iudic.* sed etiam magistratibus provinciarum cives extra civitatem evocare integrum liberumq; esse, l. 3. ult. ff. *De Tepib.* modo evocandis non sit nimis incommodū, inde prospicere deber provincialis judex, ne temere per longumiter testes evocet, nisi deprehenderit eos necessarios in cognitione, simulque exploret, num confitudo patiatur aliquem extra civitatem testimonii causa evocari d. l. 3. §. ult. *Mev. part. 3. Dec. 151. n. 1. & 2.* Verum hæc quæ de *Evocatione* adduxi, succelu temporis maxima ex parte in usu esse desierunt: Electoribus enim ob magnitudinem illorum & pro salute Imperii curam ac sollicitudinem A. B. tit. 7. & 12. Istud privilegii est concessum, ut nemō, ne qvidem judicium Aulicum Cæsareum Carpz, *de Legi Regia cap. 9. et 10. 4. n. 8.* eorum subditos extra ipsum territorium ad aliud Tribunal citare debeat A. B. cap. 11. Et postquam jurisdictione in patrimonium statibus Imperii cessit, & reliquorum pariter Statuum territorii absq; illorum consensu *Evocationem* fieri non posse tradunt. *Georg. Theodori Dienths in Not. ad A. B. cap. 11. Joach. Christ. Coch. praxis for. Germ. part. 1. cap. 5. §. 2.* Etiam Imperatores quando eliguntur, inter cetera interposito juramento promittere solent, se omnes subditos in ordinariis suis judicis relictus

ros. Artic. 1<sup>o</sup>. Carol. V. Art. 1<sup>o</sup>. Capit. Leopold. & Art. 87:  
 Cap. Josepb. Ibi auch sollen und wollen wir &c. allerseits Unterthanen von ihren ordentlichen Richtern nicht dringen / erfordern / oder vorbeschieden &c. noch auch durch den Reichs - Hoff - Rath und das Cammer - Gericht eingreissen lassen. addatur Ord. Camerae part. 2. Tit. 1.  
 Limn. ad A. B. cap. II. observ. 8. Qui privilegium istud de Non-Evocando subditto, generaliter ad omnes Imperii Status extensum esse ulterius evincit: Sic Johannes Comes Spanheimensis Spire in judicio Imperiali cum in Bannum eslet declaratus, & Rupertus Elector Palatinus, cui immediate laudatus Comes erat subjectus, suum privilegium allegaret, prædicta sententia Banni cum omnibus actibus penitus cassata, inluperque dictus Comes Spanheimensis ad judicium Ruperti Electoris remissus ibique ad Instantiam Praefecti Hunoldtsteinensis de justitia respondere jussus fuit, ut parescit aus dem Utrechts Dietrich Carol. IV. relata in der Information gegen die Donauwörtsche Relation: Inde porro evidens, hodie Imperatorem quoad iura primæ Instantiae cum Status Imperii non amplius concurrende, licet id olim fuerit secus, Spec. Saxon. L. 1. Art. 60. In welchen Land der Kaiser kommt da ist ihm ledig das Gericht Georg. Theod. Dietrich in not. ad A. B. cap. II. Huic etiam consequens non nullis videretur, quod nec testimonio dicendi causa subditus mediatus à Camera sine subsidio evocari possit; Conf. A. B. d. Cap. II. §. 1. T. 1. ibi: pro quacumq; causa, Criminali, Civili, mixta, seu quo cumq; negotio extra Territorium citari non debeant: Verum in Summis judiciis, non attento eo privilegio, testes tamen sine requisitione evocari, huncque calum cum variis aliis excipi, vult Limn. ad A. B. Cap. 8. obs. 7. ibique alleg. Greven. ad Gail. add. Mev. part. 3. Dec. 15. n. 14. Praxinetiam priori asserta contraria esse, licet Status Imperii toties contradixerint, & ratione istiusmodi evocationis gravissime sint conquesiti, prolixe deduxit Rutger. Ru land. de Commissiar. part. II. Lib. 6. cap. 3. n. 25. Jung. Rhet. Justit.

732

*Jus in iur. publ. Lib. I. Tit. 3. §. f. s.* Principes Imperii Romani quod concernit, nec illi subditum inferioris magistratus *lietis causa* evocare possunt ob beneficium primæ instantiæ, quod omnibus Civibus in omnibus Germaniæ provinciis evidenter concessum. *Ordin. Camer. part. 2. c. 1. §. 1.*  
 ibi. *Erläut. ordnen und sezen wir / das alle des Heil. Reichs Verwände und Unterthanen bey ihren ordentlichen Rechten und Gerichten &c. gelassen / also das ein jeder in dem Gerichte NB. darin Et ohn Minel gesessen/ gehörig ist/ fürgenommen Dn. Stryk. Inroduct ad prax. for. cap. 5. §. 17. Georg. Flek. in Bibliotheb. Theor. præt. Lib. 5. Tit. 10. n. 15.* Plurimæ etiam Civitates sibi ex concessione Imperatoris vel Principis acquisiverunt privilegium de non-evocando, ob quod civis extra civitatem extra hi nequivit Mev. part. 3. Dec. 151. n. 4. *C ad J. L. lib. 5. Tit. 3. Art. 4. n. 14.* In hac civitate patria quando ipse Serenissimus civem convenire habet, coram Senatu hujus urbis id expeditur §. 11. pact. hæreditar. de Anno 1573. Ibi: In Fellen aber da Ihr Fürstl. Gn. eine oder mehr Personen aus dem Mittel der Bürgerschaft und Einwohner zu Rostock zu belangen hette / wollen Ihr Fürstl. Gn. Ihre Zusprüche vor dem Rath zu Rostock anstellen lassen / und sollen die Appellantens von den Urtheilen / so defals vom Rath gesprochen werden / stracks an das Kaiserliche Cammer - Gericht gehen : Vi istius beneficii etiam testimonii dicendi causa, cives extra civitatem evocari non possunt, docente Mevio ad J. L. d. l. n. 20. Coch. Prax For. Germ. P. 1 c. 5. §. 3. Superiorem tamen non necesse habere examen præcise committere magistratui istius loci, ubi civis degit, sed per Commissarios istius, ( qui irreqvito inferiore magistratu illum citat, vid: Dn. Stryk. in U. M. ff. de in Jus voc. §. 12. istud examen in illa civitate, in qvâ civis ille commoratur, initium posse, prolixè admonet Zanger: De Except. p. 2. c. 1. num. 16. & Mev. P. 3. Dec. 151. Qui tamen ad J. L. d. libr. 5. T. 3. art. 4. n. 22. monet, attendum simul esse modum jurisdictionis, quam qvælibet civitas in ejusmodi negotio habet, variosqve simul addu-

(B)

cit

17:  
 Una  
zen/  
den  
ein-  
z. 1.  
d de  
Sta-  
mes  
num  
me-  
n al-  
ibus  
ensis  
anti-  
assus  
tain  
oro  
ntiae  
olim  
d der  
eod.  
non-  
ome-  
Cap.  
xita,  
eant:  
te-  
cum  
ique  
14.  
Im-  
atio-  
Ru-  
khet.  
ufit.

sec

casus exceptos, in quibus predictum privilegium de  
non evocando ceflat, illisqve inferit & eum casum, qvan-  
do civis contraxit, ibidemque reperitur, d. l. num. 27.  
Idem facit Dnus Coch, Pr. For. Germ. p. 1. cap. 5. §. 3. Georg.  
Theod. Dietrich. in not. ad A. B. Cap. II. & Dd. passim.  
At communem istum errorem recte corrigit Dnus Limnæus  
ad A. B. Cap. II. §. 1. Observ. 5. ostendendo istiusmodi casum  
ad evocationem non pertinere, hocce enim privilegium  
præsupponit absentem, ille autem casus exceptus est, de  
præsente qui non evocatur, sed recte convenit in loco  
contractus. Ita paucis actum de Jure revocandi & Jure  
evocandi, cui proximum est jus avocandi, nam post  
quam superior litem in Judicio inferiori pendente ex ju-  
sta causa avocavit, partes litigantes sine subsidio evoran-  
tur, nec attenditur alterutrius partis privilegium de non  
Evocando, sed nihilominus justa urgente causa lis avo-  
cari, sicque reus ad respondendum evocari potest, A. B. cap. II.  
§. 2. in fin. Mev. ad J. L. d. I. 5. Tit. 3. art. 4. num. 24. Gail.  
Lib. I. Ob. serv. 28. Limn. ad A. B. cap. 8. Observ. 7.

Quod ipsum cum Prænobilis ac Clarissimus no-  
ster CANDIDATUS in solenni sua Juridica differ-  
tatione DE AVOCATIONE CAUSAÆ fusiori jam de-  
duxerit stylo, ad Vitam istius & studia laudabiliter gesta  
juxta receptum in hac Academia morem progredior:  
Natus autem iste est Gustrovii die XXIV. Maij, An-  
no millesimo sexcentesimo septuagesimo octavo, Patre  
Viro Præ· Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo  
DN. CHRISTOPHORO KNÖVENAGEL, Serenissi-  
mi qvondam Meklenburg. Ducis, GUSTAPHI ADOL-  
PHI, Augusta memorie, Consiliario & Secretario sta-  
tus intimo, meritissimo, jam beato. Matre vero ELL-  
SABETHA Tornowen / Matronâ sexus sui laudibus ma-  
xime conspicua, adhuc per DEI gratiam, & faxit Numen  
Propitium, quam longissime, superstite: Sacro bas-  
tisimate abstensus crescente aetate mox una cum paucis  
coetaneis

coetaneis privatorum Praeceptorum curae cetermisius, magis autem adultus DN. M. JACOBI DUHRELDI, Lycei, quod Gustrovii, est Con. Rectoris & DN. FREDERICI THOMSEN, ejusdem Lycei Sub. Rectoris informatione usus, tanto successu, ut operam horum Virorum in erudiendo ipsi adhibitat plane supra suas laudes & grates positam adhuc agnoscat: Jactis ita in re literaria fundamentis, cum studio Juridico se devovisset, ut ex universa Jurisprudentia aliquem in Academiam secum ferret prægustum, à laudato ante Parente suo Anno 1696. Bremam missus, ut ibidem DN. JOHANNEM EBERH. SWELINGUM, celeberrimum in jure Doctorem & in Gymnasio Reformato Pandect. Moralium & Civil. Antecessorem privatim audiret: Finito circiter anno Jenensem salutavit Academiam, & postquam fasces Academicas ea tempestate feliciter moderate DN. FRIDEM. BECHMANNO, Professore Theol. celeberrimo, cœtu studioforum adscriptus, in Jurisprudentia addissenda DN. HERMANNI ERNESTI Glötschen / J. II. Doctoris & Cur. Prov. Saxon. Advocati Ordinarij ductum sedulo securitus, & ne in philosophia morali & politica, fine qvibus juris studium friget, maneret holpes, Duces sibi elegit DN. JOH. PAUL. HEBENSTREIT, SS. Theol. Doctorem ac Moralium PP. nec non TREUNERUM, SS. Theol. pariter Doctorem, Viros in isto studii genere versatissimos. Non tamen diu in ista Academia Candidatus noster substiterat, cum Anno 1698, die 18. April. ob tristem laudati Dn. Parentis obitum patrios revisere Penates fuerit coactus, qvamvis simulac paterno funeri justa sint soluta, ad prædictum locum, unde diverterat, viciissim reversus. Postea vero Anno 1699. die 20. April. ad continuandam Jenæ optimè cœptam studiorum telam Halam Magdeburgicam adiit, ubi felicissima in jure informatione DN SAMUELIS STRYKII, JCsi, Parenſi, Regis Borussia Confiliarii intimi. & Professoris Primarii meritisissimi, Insuper in moralibus DN. JOHANN. FRANCISCI BUDDEI, SS. Theol. Licentiatii


Moralium

**EEC**  
Moralem pp. sedula operâ frutus est. Eundemqve aureum  
Hugonis Grotii Tractatum de j. B. & P. connata ipsi docendi  
facilitate erudite, interpretantem parili proficiendi discen-  
dive aviditate auscultavit, nec Lectiones publicas temere  
neglexit, Locupletatus sic eruditiois varia divitiis Hallen-  
ses musas relinqven consilio Necesariorum nostras Varnia-  
cas A 1700 salutavit & mea se tradidit privatissimæ informa-  
tioni, magna etiam mentis alacritate Collegiis interfuit, ac  
insuper morum levitatem propensum in se affectum Ex-  
cellentissimorum in hac Alma Dan. Professorum meruit.  
Sic tandem missis studiis Academicis Gustrovium reverus  
præterlapsi aliquo temporis spatio per literas à Facultate  
nostra Juridica ea qva par est modestia rogavit, ut  
ad Examen rigorosum admitteretur, cuius petito omni-  
no laudabili Facultas nostra me tunc temporis Decano  
prompte annuit. Inquisivimus igitur in profectus ejus,  
Eumqve Eruditione & judicio talēm deprehendimus, ut  
omni jure pro imperrandis summis honoribus publice  
disputandi dederimus licentiam: Haud diu post Ivasu Mo-  
cenatis & Evergete cujusdam colendissimi contulit le Ra-  
zeburgum, ubi die 9. Augusti anni præterlapsi Judicii Au-  
lici Saxo - Lawenburghensis Procurator & Advocatus fuit  
constitutus: Faxit sumnum Numen, ut ulterius ipsi o-  
mnia cedant feliciter: Cum ergo Die Februarii Clari-  
ssimus DN. CANDIDATUS Dissertationem suam Inau-  
guralem Eruditorum Examini publico submittere constitu-  
erit MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM, Utri-  
usque Reipublica Nobilissimum atq; Amplissimum Senatum,  
coeterosq; Excellentissimos Dn. Professores Doctores, Licen-  
tiatos, Rev. urbis Presbyterium, Philosophie Magistros, O-  
mnesqve Literarum Fautores & Literatos, ut sua præsentia  
hunce inauguralem Disputationis actum illustriorem red-

dere h aud graventur, ea qva par est observantia  
& humanitate officiole rogo atque  
invito.

*Publ. Roslobit Sub Sigillo ECclis Juridic d. Febr. An. 1703.*





**ULB Halle**  
005 703 786

3





Farbkarte #13



728

QVOD FELIX, FAUSTUMQUE DEUS  
T. O. M. VELIT ESSE  
*AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ* 20

**PRO-DECANUS 1703, 2.**

**MATTHIAS Stein/**

J. U. D. ET CODICIS IN ALMA PATRIA  
PROFESSOR ORDINAR.

SUO & TOTIUS COLLEGII NOMINE

AD DISSERTATIONEM SOLENNEM JURIDICAM

CANDIDATI

**DN. CHRISTOPHORI**

**KNOVENAGEL,**

GUSTROV. MEKLENB.  
ADVOCATI ET JUD. AUL. SAX. LAUW: PROCURATORIS  
DE

**AVOCATIONE CAUSÆ**

PRO CONSEQUENDIS SUMMIS IN UTROQUE JURE  
HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

DIE FEBRUARIJ A. MDCCIII. HABENDAM

MAGNIFICUM ACADEMIÆ RECTOREM

ANPLISSIMUM UTRIUSQUE REIPUBLICÆ SENATUM,  
OMNESQUE OMNIUM ORDINUM CIVES ACADEMICOS, AG  
LITERATORUM FAUTORES, OBSERVANTER  
AC OFFICIOSE INVITAT.

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

*de privilegio reverandi domus*

